

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis octavi - Fasciculus primus): Vol. VIII.

London, 1833

Seite 29

DIADELPHIA DECANDRIA.

5

Cytisus glabris foliis subrotundis, pediculis brevissimis. *Tourn. Inst.* 648.

In Laconiâ. ♀.

Deest in herbario Sibthorpiano.

a. Calyx, cum carinâ.

b. Vexillum, à fronte.

c. Ala altera.

TABULA 706.

CYTISUS HIRSUTUS.

CYTISUS ramis spinosis, foliis pubescentibus obovatis obtusiusculis, floribus subsessilibus axillaribus solitariis, calycibus tubulosis pubescentibus.

*C. hirsutus.* *Prodr.* v. 2. 76, *haud aliorum.*

*Συμφὸν hodiè.*

In Olympo Bithyno et Athò montibus. ♀.

Nulla adsunt exemplaria in herbario Sibthorpiano.

Ex icone videtur *C. elongati* varietas spinescens; certè non *C. hirsutus*, qui folia villosa, floresque aggregatos semper habet.

a. Calyx.

b. Vexillum.

c. Alæ.

d. Carina, adelphiâ paulò sejunctâ.

COLUTEA.

*Linn. Gen. Pl.* 379. *Juss.* 359. *Gartn. t.* 154. *DeCand. Prodr.* v. 2. 270.

*Calyx* 5-fidus. *Legumen* inflatum, basi superiori dehiscens.

TABULA 707.

COLUTEA ARBORESCENS.

COLUTEA foliis subrotundo-ellipticis, racemis sub-6-floris, vexilli gibbis abbreviatis.

*C. arborescens.* *Linn. Sp. Pl.* 1045. *Willden. Sp. Pl.* v. 3. 1139. *DeCand. Prodr.* v. 2. 270.

VOL. VIII.

c